18.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Vir nobiliss.me et praestantiss.me

Quod tam magnificè sentis de Poëmate meo nondum a Te inspecto nec ego illud magis amori tuo debeo quam ullo ejus merito.

Quintilio siquid recitarem, corrige sodes
Diceret hoc atque hoc, ac me delere juberet
Et male tornatos incudi reddere versus.

Certè videres me prae pudore et modestiâ, uti debeo, rubore suffusum ad istud tuum elogium quod prona et praeceps tua benevolentia tam maturè effudit, nisi vultum mihi velarent tuae hederae, quas doctarum praemia frontium vocat Flaccus. Sed et ego sine fronte sim si non διάπασμα hoc inspergi mihi agnoscam ab amica manu e calamo poetico.

So gaet het met de pen,
De Rym-pen, want sy lieght ten deele van gebreken,
Ten deele om de konst &c.

Ut ut sit, ego haec in lucro deputanda et utendum hac aura censeo dum vela secundi intendunt Zephyri. neque rem levem puta ejusmodi praeconio praeoccupasse animum lectoris. Et quid non sibi polliceri jubeas eum qui Zuylichemum buccinatorem existimationis suae habiturus est? Felicem Pelei filium, τὸν πόδας ὠκύν, praedicabat Macedonum dux

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Westerbaen) 18
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5320

quod Homerum gestorum suorum praeconem Sabu-
isset. nosti tu nobis hac parte minor es illo, de
cujus patria ἑπτὰ πόλεις διεξέξονται
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν &
ut est apud Gellium. De editione nupera Suas fatas
jam jam cogito (nisi Typographus a praelo praelium
rumores suos motuat) quia et pigmentariorum
καὶ ταῶν ἀρωματοπάλων interest ne crusse et
piperi sui desint cucculi. Dixisti mihi, si bene
memini, de Poeta quodam Anglicano, quem Jacobus
Rex tanti faciebat ut neminem alia lingua ex-
primere posse putaret illius aut montem, aut fig-
menta aut stylum. Velim, si placet, scire
hominis nomen et ejus operum, ut amico cuidam,
qui illam amat Linguam, hac in parte gratificer,
et, si Tu olim cum istoc Archipoeta Britanno
commercium et aliquid ipsius imitatus es, rogo ut ejus
videndi mihi fiat copia. Vale. in Oelenb.
postr. 1d. Decemb. clo Io CLIII.

Nominis ille tui multis venerator
ab amis

Westerbaen

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Westerbaen) 18
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5320

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Westerbaen) 18
http://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5320

Heyn Heer

1

Mijn Heer van Zuylichem ee

Hage.